7708 L. Albius L. l. | Thaemella | gemmarius d[*e*] sacra via. ‖ Albia L. l. | Primigenia, | vix. ann. XXII.

Romae (VI 9434 vidit de Rossi).

Alius gemmarius supra N. 7359.

7709 L. Uttedius Hermias | gemmarius sculptor, | ann. vix. XLV.

Romae (VI 9436 vidit Henzen).

7710 d. m. |

quicumque es, puero lacrimas effunde, viator. |
Bis tulit hic senos primaevi germini[*s*] annos, |
deliciumque fuit domini, spes grata parentum, |
quos male deseruit longo post fata dolori. |
Noverat hic docta fabricare monilia dextra |
et molle in varias aurum disponere gemmas. |
Nomen erat puero Pagus, at nun[*c*][1] funus acerbum |
et cinis in tumulis iacet et sine nomine corpus[2]. |

Qui vixit annis XII | mensibus VIIII diebus XIII ho. VIII.

Romae (VI 9437 vidit Bormann). Buecheler carm. epigr. 403. — 1) nunt *lapis.* — 2) *Cf. Verg. Aen. 2, 557.*

7711

Blesamus hoc Novius requiem | sortitus in aevom |
! ![1]
contra locus sanctus, plausu | qui excepit agresti |
cum primum fundo venerat hic dominus. |
Parebat nemo, Fauni | Nymphaeque sonabant, |
laetitiam divom sensit et ipse locus. |
Hic olim statuis urbem | decoravit et orbem[2]:
nomen habet populus; corporis hic tumul.[3]

Romae (VI 23083 vidit I. Schmidt). Buecheler carm. epigr. 1254. — 1) *Versus erasus, nescimus quam ob causam.* — 2) *Sculptor fuit, praeterea ignotus (Brunn Künstlergeschichte I p. 614).* — 3) *Debuit esse:* corpus at hic tumulus *(Bue.).*

7712 Maecio Aprili arti[*f*]ici signario, qui vixit | annis XXVII menses duo dies V, benemerenti in p.

Romae rep. in coemeterio Cyriacae (VI 9896 vidit de Rossi).

7713 M. Rapilius Serapio hic | ab ara marmor.[1], | oculos reposuit statuis; | qua ad vixit bene[2].

Romae, iam Florentiae (VI 9403 vidit Henzen). — 1) ab ara marmorea *etiam VI 10020.* — 2) *Quoad vixit, bene (vixit).*

7714 dis manibus | L. Licinio L. f. Stator[*i*]a|no L. Licinius L. l. Patroclus | faber oculariarius | frat. cariss. f.

Romae, iam Neapoli (VI 9402 vidit Mommsen).

archive.org